



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

112 Divortium non ex levibus, sed legitimis causis, admittitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

constare non potest de impedimento propter frigiditatem, aut maleficium, debent per triennium cohabitare, & dare operam carnali copulae, & postmodum septima manu propinquorum, & adhibito jureamento, quod nonquam una caro fuerint effecti, matrimonium dissolvi potest, d. c. laudabilem. ubi Abb. num. 1. & c. fin. in fin. de frig. & malef. & si ambo contentur impotentiam, non propterea matrimonium dissolvi potest, quia non statur eorum confessioni contra matrimonium, cum in fraudem hoc dicere possint. c. super eo, de eo qui cogn. consang. ux. su. & glo. in cap. 1. in verb. probari. de frigid. & malef.

Plura sunt etiam, quae impediunt, sed non dirimunt matrimonium, ut conditio-nes, de quibus per Navar. in c. 22. de sacr. matrim. 61. cum plur. seq. par. 3. quia si postmodum matrimonium sequatur, con-diciones evaneantur, c. de illis. & c. per tuas. 108 in sponsalibus appositae, & ut conditiones turpes, aut impossibilis, favore matrimonii pro non adjectis habentur. cap. fin. post med. & ibi Abb. num. 2. de cond. appos. & conditio, si Deus voluerit, non facit sponsalia conditionalia, quia semper subintelli-gitur, & conditions etiam quae tacita insinuat, nihil operantur. 1. conditions que ex-transcuss. ff. de cond. & demonst. Abb. in c. 2. num. 1. de sponsal. nisi alter efficeretur deterioris conditionis personae ut in similitud. Innoc. de furioso cap. debitores. circ. fin. de jure jur.

109 Interdictum superioris non impedit ma-trrimonium contrahendum, sed non diri-mit contractum. cap. 1. de matr. contr. cont. interdict. eccl. quod procedit etiam

si sponsalia de futuro fuerint contracta-  
cum una & postmodum cum alia matri-monium per verba de praesenti contraha-tur cap. ex litteris. eod. tit. nec tali casu ma-trimonium contractum, & consumma-tum per sponsalia, per verba de futuro, est  
annullandum, etiam quod secundum fue-  
rit lite pendente contractum. c. tenor. &  
ibi gl. in ver. subarrhasset. de sent. & re-  
jud. c. cum in Apostolica, ubi Abb. num. 3.  
& Covar. epit. ad 4. lib. decret. in 2. pat.  
cap. 35. §. septimus. num. 4.

110 Oriuntur etiam plures casus, & quibus  
constante matrimonio per divortium se-  
paratio inter conjuges, quo ad thorum, seu  
quo ad cohabitationem ad cettum, incer-  
tumve tempus fieri potest. Conc. Trid. de  
sacram. matrim. can. 8. sess. 24. judicio ta-  
men Ecclesiae, sine quo non tenet. ut c. por-  
rò. de divort. & c. sive. §. in hoc 33. q. 2.

Non enim levibus, aut coloratis causis,  
111 & vel eorum arbitrio conjuges divortiu-facere, & se invicem separare possunt.  
Surd. in conf. 364. num. 16. lib. 3. sed le-  
gitimis, & urgentibus tantum divortium  
admitti debet: quia ab initio seculi est pro-  
hibitum, quod Moyses ob populi duritiem  
permisit. Deuter. c. 24. Matth. c. 19. &  
Bart. in l. ad hac. num 2. ff. de usur. Inter  
infideles tamen etiam hodie divortium ad-  
mittitur, & ita inter hebraeos adhuc ser-  
vatur, ut testatur Bald. in ta. si qua. l. 2 in  
fine. C. de secund. nupt.

112 Primo, enim & inter fideles judicio Ec-  
clesiae permittitur divortium, propter for-  
nicationem alterius conjugum. 1. Corinth.  
c. 7. cap. idolatria. 28. q. 1. glo. in cap. ex  
conquestione in ver. non debuit. de refut. spot.  
cap. ex litteris de divort. & cap. pterunq.  
de donat. inter vir. & uxor.

Secundo